BREVIARIUM BRIXINENSE (PARS AESTIVALIS)
Brixen, um 1450 Seite 329v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



biliter ortus. nobilior fide et pietate fuit.
Erat enim mansuetus et castus. simplex
et prudens. in laude dei deuotus. plenus
spiritu sancto. prouidus in consilio. iustus in iudicio.
a dextris et a sinistris uirtutum armis mu-
nitus. gregi suo forma bene agendi fac-
tus. quia quod uerbis monuit. hoc operum pro-
gatiua confirmauit. Tu Quum igitur pre-
lentissima fama huius sancti viri in fines
terrarum exisset. quam plurimi illustres viri. non
solum a vicinis. sed etiam ab exteris nacio-
nibus ad eius sanctissimam confluxere doctrinam.
ut uel illius sacratissimo alloquio tristicia cu-
iuslibet anxietatis consolacionem susciperent.
uel ecclesiastice religionis ab eo puram ueri-
tatem audirent. Tu Igitur eodem tempore
theodosius dux bauariorum audiens beati
viri sanctitatem. et miracula que faciebat.
desiderauit illum videre. et missis opti-
matibus suis. obnixe eum postulauit.
ut regiones bauariorum visitare dignaretur.